MANASSERO

TABULAE SYNOPTICAE

FASCICULUS III.

239.02
M312

GRADUATE THEOLOGICAL UNION LIBRARY
2400 RIDGE ROAD
BERKELEY, CA 94709

LEGATORIA
NANNI E RAMOZZI
P. MIGNANELLI 23
ROMA

M 312

TABULAE SYNOPTICAE
THEOLOGIAE MORALIS

E

PROBATIS AUCTORIBUS DESUMPTAE

AUCTORE

BARTHOLOMAEO MANASSERO

Vicario Perpetuo

Oportet ut homo ea, quae memoriter vult tenere, sua consideratione ordinate disponat, ut ex uno memoratu facile ad aliud procedatur.
(S. THOMAS, 2ª 2ae, Qu. XLIX.

EDITIO II
plurimis aucta addictionibus mendisque expoliata

BIBL. SCHOLASTICATUS ANA
CURSUS THEOL.
COLLEGE
PRAECALIF.
274

FASCICULUS I.

De Actibus humanis - De Conscientia - De Legibus - De Peccatis

---

TAURINI
EX TYPIS COLLEGII ARTIUM ALUMNORUM

1903

2230

JURE PROPRIETATIS LITTERARIAE



Humanissime Lector,

Quas amici typis tradendas mihi persuasuerant, ***Theologiae Moralis tabulae synopticae*** in lucem prodierunt; maxima cum animi satisfactione opus meum plurimis auctum addictionibus mendisque expoliatum secunda vice tibi praesentare glorior et gaudeo, ac iure meritoque te denuo alloqui. « Quod maximi ingenii viri diuturnis studiis ac laboriosis conscripserunt in voluminibus profundentes, paucis verbis expressum uno ictu oculi, ut ita dicam, vides: et hoc inutile non puto. Sive per arduas mens discurrerit quaestiones, sive eas synthetica aggrediatur methodo persolvendas, istae tabulae magnum mihi videntur praebere adiutorium.

« Tyronibus vero et iis omnibus, qui de theologicis disciplinis periculum dare debent, necessarias audeo existimare.

« Quid amplius dicam? Tolle, candide lector, lege, perlege: opus meum tuae committo benevolentiae ».

AUCTOR.

TABULAE SYNOPTICAE
THEOLOGIAE MORALIS

LEXICON PROEMIALE

Absolutum — ens quod nullam admittit restrinctionem in suo *esse*.

Actualiter — de illo dicitur quod actu est.

Actus formalis — dicitur forma accidentalis vel substantialis quae efficit ut res sit id quod est potius quam aliud.

Adaequate — idem est ac: integre, totaliter.

Causa . . { *efficiens* — illa dicitur cuius vi aliquid fit;
exemplaris — ad cuius imaginem aliquid efficitur;
materialis — idem est ac materia ex qua aliquid fit;
finalis — *est finis ob* quem aliquid fit;
prima — quae agit per se independenter a quocumque alio;
secunda — agit in virtute causae primae — axioma.

Conclusio { in genere est quaelibet deductio ex principiis praestatutis,
in specie est { *dogmatica* { et haec de fide tenenda si formaliter contineatur in praemissis ut: { pars in toto; singulare in collectivo;
scholastica quae dogma non continet.

Finis est causa causarum — axioma.

Finis . . . { *qui* — est bonum quod consequi cupimus;
quo — est actualis boni consecutio;
cui — est subiectum seu persona cui procuratur *finis qui;*
operis — idem est ac *finis qui;*
operantis — est quem agens sibi proponit.

Formale — est quod gerit munus formae. — **Materiale** est quod materiae munus gerit.

Formaliter — idem est ac: proprie et essentialiter.

Habitus { est facilitas ad aliquid faciendum; duplex distinguitur { *infusus* — quem Deus in anima infusit; *acquisitus* — quem nobismetipsis procuramus ex repetitis actibus.

Ignoti nulla cupido — axioma.

Implicite — idem est ac confuse; cui correlativum **explicite** — idest distincte.

Impossibile (ad) **nemo tenetur** — axioma.

Intentio — in moralibus idem est ac cognitio volitiva.

Libertas { *exercitii seu contradictionis* — per quam alicui potentia inest acta ponendi inter se contradictoria; *specificationis* { *contrarietatis* — per quam alicui potentia inest acta ponendi sibi invicem contraria; *disparitatis* — per quam datur potentia acta ponendi specie inter se distincta, ut ludere et studere.

Magis et minus non variant speciem — axioma.

Materia — est constitutivum phisicum.

Materialiter — in morali significat: absque perfecta cognitione vel intentione, cui correlativum: **formaliter** — idest cum perfecta cognitione et advertentia.

Modus operandi et cognoscendi sequitur modum agendi — axioma.

Necessitas { *coactionis* — est vis alicui illata contra propriam inclinationem; *inclinationis* — est impulsio determinativa ad actum, et haec est { *naturalis* vel *adventitia*; *mutabilis* vel *immutabilis*; *antecedens* — quae voluntatis actum antecedit; *consequens* — quae voluntatis actum consequitur; *phisica* — cum nullomodo aliter fieri potest; *moralis* — cum nonnisi ex magna difficultate aliter fieri potest; *specificationis* — cum voluntas in aliquod determinatum tamquam in speciem fertur; *exercitii* — cum voluntas determinatur ad actum in specie ponendum.

Nihil agit in distans — axioma.

Nihil agit in seipsum — axioma.

Nihil volitum quin praecognitum — Axioma.

Obiectum { *materiale* — est res in quam actio cadit; cui correlativum *formale*, quod vocatur etiam *motivum*, est ratio quae ad operandum impellit; materiale { *intrinsecum* — est id quod in se ipso, licet non propter se, attingitur. *extrinsecum* — est id quod attingitur in aliquo cui inhaeret.

Occasionaliter — idem est ac *per accidens*; cui correlativum **causaliter**, et dicitur de illo quod est vera causa actionis.

Operari sequitur esse — axioma.

Per se — idest prout convenit naturae rei; cui correlativum *per accidens*, et dicitur de illo quod convenit rei non necessitate naturae, sed ex aliqua peculiari ratione.

Per se — aliquoties idem est ac: *ex professo*; et tunc: *per accidens*; - *propter aliud.*

Positivum — est, quod habet esse determinatum; cui correlativum **negativum.**

Prior in tempore potior in iure — axioma.

Propositio

est: *quaelibet negatio vel affirmatio in materia theologica.*

alia est *orthodoxa* et ratione:

declarationis est:

- *de fide,* quae ab Ecclesia proposita et definita fuit;
- » » *theologica,* quae in Scriptura et Traditione continetur seclusa Ecclesiae definitione;
- *fidei proxima,* quae cum dogmate connectitur et dicitur etiam fide certa;
- *simpliciter certa,* cuius veritas non opponitur rationabili dubio;
- sententia: communis, probabilis, vel probabilior;

obbligationis: *necessaria,* *libera,* vel *tolerata;*

alia *heterodoxa* est quae veritatibus theologicis opponitur:

- *haeretica,* quae immediate adversatur veritatibus fidei;
- *erronea,* quae errorem in materia fidei continet;
- *haeresi proxima,* quae opponitur propositioni proximae fidei;
- *haeresim sapiens,* si duplicis sensus boni et pravi capax sit;
- *schismatica*
- *temeraria*
- *seditiosa*
- *impia*
- *iniuriosa*
- *blasphema*
- *male sonans*
- *piarum aurium offensiva*

quid sibi velint hae definitiones ex ipsa verborum significatione satis intelligitur.

Qualitas

definitur: quod rei in genere suo perfecte convenit;

dividitur in *corpoream,* *naturalem,* *spiritualem* vel *supernaturalem.*

Species:

I. *habitus* — V. **Habitus**;
dispositio — est modus accidentalis qui rem afficit;

II. *potentia* — est facultas subiectum habilitans ad **operandum**;
impotentia — est defectus potentiae;

III. *passio* — est momentanea alteratio subiecti;
passibilis — est passio in suo esse permanenti;

IV. *forma* — est externa dispositio et coordinatio **partium**;
figura — est modalitas extensionis.

TAB. I.

Prolegomena.

THEOLOGIAE

Definitio

- latissima: *Quivis sermo de Deo;*
- strictissima: *Tractactus de Incarnatione et de SS. Trinitate;*
- propria
  - obiective sumpta: *Summa veritatum religionem respicientium;*
  - subiective sumpta: *Scientiae religionis, rationis et praesertim revelationis ope acquisita.*

Obiectum

- *materiale*
  - primarium est *Deus;*
  - secundarium: *Creaturae omnes.*
- *formale,* constituitur a principiis tum
  - rationis,
  - revelationis.

Divisio

Ratione originis:

- naturalis,
- supernaturalis
  - Beatorum,
  - viatorum
    - infusa,
    - acquisita;

Ratione materiae:

- theoretica seu dogmatica, quae subdividitur in
  - positivam et scholasticam;
  - apologeticam-polemicam et irenicam; generalem et specialem.
- moralis
  - definitur: *pars Theologiae quae humanas actiones in ordinem ad vitam aeternam, ad morum honestatem dirigit;*
  - quae subdividitur in
    - pure speculative *practicam;*
    - *asceticam* cum suis viis
      - purgativa,
      - illuminativa,
      - unitiva;
    - *mysticam* quae agit
      - de sublim.ri commercio animae cum Deo,
      - de directione animarum modo praeterordinarie;
    - *pastoralem, Marianam.*

Ratione fontium:

- scripturalis, quae complectitur
  - hermeneuticam
  - et exegeticam,
- patristica,
- symbolica,
- liturgica,
- synodica.

Studium est inter omnia studia

- perfectius
  - dignitate obiecti,
  - certitudine rei;
- iucundius
  - ratione obiecti altissimi,
  - quia nobis infinitas Dei perfectiones patefacit;
- utilius
  - in se quia fidem fovet,
  - pro aliis quia defendendi fidem modum indicat.

TAB. II.

Seq. Prolegomena.

THEOLOGIAE MEDIA

- *Obiectiva*
  - *principia* seu veritates inconcussae ex quibus conclusiones ducuntur
    - *generalia*
      - *Religio est divina,*
      - *Religio est* — ex S. Scriptura, ex Traditione S.
      - *depromenda*
    - *particularia* quae singulis theologiae partibus accomodantur ex theologia generali;
    - *constitutiva - directiva - adiuvantia.*
  - fontes:
    - Scriptura, ut liber
      - divinus — mistico et litterali sensu acceptus
      - humanus,
      - hystoricus,
      - moralis;
    - Traditio . . . . . divina, humana;
    - Ecclesia
      - universalis — omnium christianorum,
      - catholica
        - credens,
        - docens — in Conciliis vel per orbem dispersa;
    - Concilia
      - oecumenica,
      - generalia,
      - particularia
        - nationalia,
        - provincialia,
        - dioecesana.
    - SS. Patres,
    - Theologi et Canonistae,
    - Constitutiones Pontificiae.
    - Scientiae
      - philosophia, quae sit
        - *vera* in principiis,
        - *sana* in doctrina,
        - *cauta* in opinionibus,
        - *sobria* in usu;
      - prudentia iuris sive
        - naturalis,
        - ecclesiastici,
        - civilis,
      - historia, cui subveniunt
        - chronologia,
        - geographia,
        - ars critica.
  - subsidia:
    - philologia,
    - hermeneutica
      - theoretica, seu docens, quae regulas interpretationis suppeditat,
      - practica seu utens, quae has regulas applicat et *exegesis* dici solet.
    - archeologia sacra;
- *Subiectiva*
  - naturalia:
    - iudicium sanum,
    - dotes ingenii,
    - studium philosophiae sive
      - theoreticae
      - practicae
  - spiritualia:
    - fides,
    - pietas, et praesertim exercitium
      - pietatis,
      - humilitatis,
      - orationis.

TRACTATUS I.

DE ACTIBUS HUMANIS

TAB. III.

De Actibus humanis.

Actus humani

Definiuntur: *Actus a voluntate cum rationis advertentia et libertate procedentes.*

- considerati quoad naturam physicam
  - dividuntur in
    - *elicitos*, qui a voluntate procedunt et in ipsa consummantur et sunt:
      - *velle*, *intendere*, *frui*, — quibus modis expetitur bonum honestum,
      - *eligere*, *consentire*, *uti*. — quibus expetitur bonum utile;
    - *imperatos*, qui ex imperio voluntatis ab aliis potentiis sive internis, sive externis ponuntur, qui proinde dupliciter subdistinguuntur: *interni* et *externi*
    - *bonos*,
    - et *malos*, prout conformes sunt regulis morum vel non,
    - *naturales*, si per vires naturales eliciti, etsi versentur circa obiecta supernaturalia,
    - et *supernaturales*, si adest auxilium supernae gratiae, etsi versentur circa obiecta naturalia et sunt — meritorii de condigno, vel meritorii de congruo,
    - *validos*, si adsunt essentialia a lege requisita,
    - et *invalidos*, si secus,
    - *rescindibiles*, cum invalidari possunt,
    - *illicitos* et *licitos*, prout prohibiti sunt vel non ab aliqua lege,
  - haec habent principia
    - efficientia: *intellectus* seu facultas cognoscendi quae duplex est — *speculativa* et *practica*
    - dirigentia: *conscientia* et *lex*
    - allicientia: *virtutes* et *vitia*
    - externa:
      - finis
      - et beatitudo
        - consistit in bono perfecto quod totaliter quietat appetitum,
        - dividitur in *obiectivam*, quam definimus, *subiectivam*, quae est eiusdem possessio.
- quoad naturam moralem considerati — Vide *Tab. IV.*

TAB. IV.

Seq. de Actibus humanis.

Actuum humanorum moralitas

Definitur: *comparatio seu relatio actuum humanorum ad regulas morum:*

Eius principia sunt

Obiectum — definitur: *id erga quod voluntas primario fertur:*

dividitur in
- *materiale,* id est quod definimus, et
- *formale,* et est idem materiale quatenus subest regulis morum.

dividitur in *bonum* et *malum*:
- *bonum*:
  - *intrinsecum,* si ex natura sua tale sit,
  - *extrinsecum,* si tale ex lege positiva,
- *malum*:
  - *intrinsecum,* si ex natura sua tale sit,
  - *extrinsecum,* si ratione legis positivae tale habendum,

primam moralitatem actibus tribuit;

Finis — definitur: *id cuius gratia aliquid fit:*

dividitur in finem:
- *qui,* vel *cuius* et est quod adipisci intenditur ab agente,
- *quo,* et est possessio finis qui,
- *operis,* sive intrinsecum et est idem obiectum formale,
- *operantis,* et est intentio agentis,
- *primarium*:
  - totalitate causae, quum est ipse plena ratio actionis,
  - totalitate virtutis, cum actio totaliter ab eo pendet, et si ab alio pendere possit,
- *secundarium*:
  - qui secundarie intenditur,
  - *simpliciter,*
  - *secundum quid,* est qui intenditur ut medium ad alium obtinendum,
- *ultimum* qui semper adest in quocumque actu, et importat ut omnes actus saltem virtualiter in Deum referantur;

effectus sunt:
- *volitio,* seu amor finis,
- *intentio,* seu actus mentis tendentis in aliquod bonum,
- *consilium* idest examinatio mediorum,
- *consensus,* seu adhaesio voluntatis,
- *electio,* idest approbatio apti finis,
- *imperium,* idest determinatio illud medium adhibendi,
- *usus,* seu mediorum applicatio,
- *fruitio,* idest quies in fine;

Circumstantiae
- *quis,* indicat qualitatem agentis,
- *quid,* denotat quantitatem vel qualitatem obiecti,
- *ubi,* indicat locum,
- *quibus auxiliis* refertur ad media adhibita,
- *cur,* indicat finem extrinsecum,
- *quomodo,* refertur ad modum,
- *quando,* respicit tempus.

TAB. V.

Seq. De Actibus humanis.

Actuum humanorum principia interna (I)

Voluntarium

definitur: *id quod procedit* { 1° *ab intrinseco;* 2° *cognoscente singula in quibus est actio.*

dividitur in:
- *necessarium,* a quo voluntas abstinere nequit, et
- *liberum* seu *contingens,* ad quod voluntas fertur sed semper ipsi facultas est actum ponendi vel non,
- *perfectum,* quod fit cum perfecta cognitione et libertate, et
- *imperfectum,* quod a semiplena cognitione vel libertate procedit,
- *voluntarium simpliciter,* id est absolutum, et
- *voluntarium secundum quid,* idest cum aliqua repugnantia,
- *expressum,* si aliquo modo declaratur, et
- *tacitum,* si nullo modo significatur,
- *actuale,* et est actus hic et nunc praesens,
- *virtuale,* quod perseverat in aliquo effectu, et
- *habituale,* quod consistit in aliqua facilitate ad aliquid volendum,
- *directum,* quod procedit a voluntate positive operante, et
- *indirectum,* quod locum habet cum quis agere debet et non agit, vel non agere et agit. — Sed ut sit imputabilis requiritur ut . . . *voluntarium in se,* quod voluntas in se ipso intendit . . . . . *voluntarium in causa,* quod voluntas in se non intendit, sed vult causam a qua praevidet talem effectum certe secuturum, } actio vel omissio animadvertetur, sit libera et possibilis { physice et moraliter. } adsit obligatio actionem ponendi vel auferendi.

differt a:
- *volito, velleitate,* quia hoc in casu motus voluntatis suspensus manet,
- *spontaneo,* ad quod sufficit cognitio imperfecta,
- *naturali,* ad quod cognitio non requiritur;

cuius impedimenta alia afficiunt:
- intellectum, et sunt: { *ignorantia* et *concupiscentia.*
- vel voluntatem, et haec sunt: { *violentia* et *metus.*

Involuntarium et liberum (Vide Tab. VI).

NOTA.

Ad voluntarium *indirectum* refertur intricatissima illa quaestio: *Quando nam effectus malus in se quidem non intentus, sed ex causa voluntaria procedens, ponenti causam ad culpam sit imputandus?*

TAB. VI.

Seq. De Actibus humanis.

Actuum humanorum principia interna (II)

- ***involuntarium*** quod
  - fit vel
    - a principio extrinseco contra propensionem voluntatis,
    - sine cognitione intellectus, quae aut tollitur aut ligatur.
  - multiplex est:
    - *involuntarium privative,* quando deest in aliquo actus volendi id quod velle posset,
    - *involuntarium positive,* quando aliquid est positive nolitum et contrarium voluntati, et hoc iterum dupliciter subdistinguitur in
      - involuntarium
        - *simpliciter,* quod omnibus perpensis nullo modo, nullaque ratione intenditur,
        - *secundum quid,* quod etsi displiceat, tamen sub aliqua ratione acceptatur.
- et
  - definitur: *facultas qua positis omnibus ad agendum requisitis, potest quis agere vel non;*
  - dividitur in liberum
    - *exercitii* seu *contradictionis,* et
    - *specificationis* quod subdistinguitur in liberum { *contrarietatis* et *disparitatis,*
  - adest
    - etiam post Adae peccatum,
    - ut adsit meritum et demeritum;
- ***Liberum***
  - impeditur a *necessitate* quae multiplex est nempe:
    - *coactionis,* quae est vis alicui allata contra propriam voluntatem
    - *inclinationis,* quae est interna impulsio determinata ad unum; et pro natura causae adhuc subdistinguitur haec in { *naturalem* et *adventitiam,*
    - *immutabilis,* quae mutationi non est obnoxia,
    - *antecedens,* quae voluntatis actum antecedit et haec dicitur etiam *absoluta,*
    - *consequens* seu *hypothetica,* quae eum subsequitur,
    - *specificationis,* qua voluntas ita ad unum determinatur ut in oppositum ferri nequeat,
    - *exercitii,* qua voluntas determinatur positive ad actum,
    - *physica,* cum nullomodo aliter fieri potest,
    - *moralis,* cum aliter fieri nequit absque magna difficultate.

NOTA.

Scholion: Ad merendum vel demerendum, in statu naturae lapsae, non sufficit libertas a coactione, sed requiritur libertas a necessitate, seu indifferentiae.

Actus

- *boni* aut *indifferentes*
  - poni possunt etsi praeter bonum praevideatur effectus malus si . .
    - adsit ratio gravis actum ponendi,
    - honestus sit finis agentis,
    - effectus bonus immediate sequatur;
- *indifferentes* aut *mali*
  - in se quidem existunt, sed non in individuo, quia hic semper agit cum fine vel malo, vel bono;
    - actus bonus, et si est malus, iudicandus est pro influxo in effectum
      - utrum sit causa effluax, vel non,
      - utrum leviter in effectum influat, vel graviter.

TAB. VII.

Seq. De Actibus humanis.

Voluntarii impedimenta (I).

- ***Ignorantia***
  - Definitur: *carentia scientiae debitae;*
  - differt ab
    - *nescientia*, quae est simplex carentia scientiae, et
    - *errore*, nam error est veri et falsi confusio;
  - dividitur ratione
    - *obiecti* circa quod versatur in
      - *iuris*, nempe *legis* et haec multipliciter subdistinguitur pro multiplicitate iurium, et
      - *facti*, cum est actio ipsa quae ignoratur; vel eius circumstantiae.
    - *temporis* in
      - *antecedentem*, seu *efficacem*, si actum praecedit et eius causa est.
      - *concomitantem*, si simul concurrant ignorantia et actio,
      - *consequentem*, si actum sequitur, et
      - *actualem*, quae plerumque vocatur . . . . . (inconsideratio, inadvertentia, oblivio (et est momentanea).
    - *personae* in
      - *invincibilem*, quae morali diligentia adhibita, depelli non potest, et
      - *vincibilem*, quæ per moralem diligentiam vinci potest et haec quadruplex est
        - *crassa*, quae ex pura desidia oritur,
        - *supina* quæ oritur ex nimia sollicitud.ne ad alia negotia
        - *affectata* et
          - directe, si ex industria, et
          - indirecte, si volunt.ia in causa,
        - *simpliciter vincibilis;*
  - voluntarium
    - tollit si *invincibilis*,
      non tollit si *vincibilis*,
    - sic afficit:
      - *concomitans* actum reddit non voluntarium,
      - *consequens indirecte* volita generat voluntarium secundum quid, idest voluntarium non tollit sed minuit.
      - *consequens indirecte* volita seu affectata auget voluntarium in causa, minuit voluntarium in se.
  - peccatum
    - tollit si *invincibilis* (sive iuris cuiuscumque generis, sive facti,
    - minuit si *concomitans* quoad opus externum, non vero quoad animi affectionem.
    - minuit si *consequens indirecte* volita,
      auget si *affectata*, ratione voluntarii in causa.
- ***Concupiscentia***
  Violentia
  Metus
  Vide Tab. Seq.

TAB. VIII.

Seq. De Actibus humanis.

Voluntarii impedimenta (II)

Concupiscentia

Definitur: *motus appetitus sensitivi quo homo fertur in bona sensibilia, aut sensibilia mala refugit;*

dividitur
- ratione sui in
  - *gravissimam,* quae tollit usum rationis, et
  - *gravem,* quae rationis usum aliquantisper perturbat;
- quoad tempus in
  - *antecedentem,* quae praevenit omnem voluntatis actum, et
  - *consequentem,* et haec est quae oritur ex aliquo praecedente voluntatis actu;

voluntarium et peccatum
- tollit si *antecedens et gravissima,*
- minuit si *antecedens gravis,*
- auget si *consequens.*

Violentia

Definitur: *id cuius principium*
- 1° *est extra,*
- 2° *renitente passo;*

dividitur in
- *perfectam* seu *absolutam,* et ea est quae omnibus adhibitis conatibus, repelli non potest, et
- *imperfectam* seu *secundum quid,* et haec est quae opposita resistentia frangi aut saltem debilitari posset, sed tamen fit cum aliqua voluntatis conniventia;

actus
- *imperatos* afficit, et quidem non tantum qui externe prodeunt sed etiam qui interne perficiuntur, nam possunt a vi externa (v. gr. Angelis bonis vel malis) moveri,
- *elicitos* non afficit, violentum enim dicitur quod est contra inclinationem rei;

voluntarium et peccatum
- tollit si est *perfecta,* idest absoluta,
- minuit plus minusve si *imperfecta* quam alii vocant *secundum quid.*

NOTA.

Passionum motus alii sunt
- *primo-primi,* qui in nobis oriuntur sine ullo voluntatis consensu.
- *secundo-primi,* qui producuntur cum semiplena advertentia.
- *secundi* seu *deliberati,* qui procedunt ex plena advertentia et perfecto consensu.

TAB. IX.

Seq. De Actibus humanis.

Voluntarii impedimenta (III)

Metus

Definitur: *instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio;*

dividitur

- naturae in
  - *gravem,* et talis est cum malum quod timetur grave est . . . et — absolute vel relative
  - *levem,* qui et *vanus* etiam dicitur, et talis est cum malum quod timetur est leve vel quidem grave sed non tanta est formido;
- modi quo incutitur in *iustum* et *iniustum;*
- ratione
  - temporis in
    - *antecedentem* qui actum praecedit voluntatis,
    - *concomitantem* et locum habet cum actio fit *cum metu* ut dicitur, et
    - *consequentem,* si actum consequitur voluntatis;
  - causae in
    - *intrinsecum,* si ex animi vel corporis defectu originem ducit, et
    - *extrinsecum,* cum a causa exteriori procedit,
      - *naturalem,* si causa sit naturalis, et
      - *supernaturalem,* si secus;
    - *reverentialem,* si procedit ex pietate in parentes vel superiores

voluntarium

- non tollit nisi auferat usum rationis, sed
- minuit et efficit ut actio fiat simpliciter non voluntaria, seu voluntaria *secundum quid;*
- neque tollit neque minuit si sit levis, quia *vani timoris justa excusatio non est.*

peccatum

- non tollit si rationis usum non aufert,
- minuit in eo qui in metu aliquid perpetrat intrinsece malum;

multos irritat actus inter quos recensendi

- *tutor,* idest tutela ex metu collata, vel extorta, vel abdicata,
- *iudicium,* idest absolutio a censura,
- *dos,* promissio, solutio, stipulatio, acceptatio, renuntiatio dotis,
- *sacrum,* promissio vel donatio rerum sacrarum et bonorum Ecclesiae,
- *copula,* solemnia sponsalia et matrimonium,
- *votum,* idest solemnis professio.

Finis Tractatus Primi

TRACTATUS II.

DE CONSCIENTIA

TAB. X.

De Conscientia.

Conscientia

Definitur: *indicium actuale et practicum dictans in particulari quid faciendum ut bonum vel omittendum ut malum;*

differt a
- *synderesi,* quae versatur circa prima principia practica,
- *prudentia,* quae versatur circa conclusiones ex primis principiis deductas;

haec habet officia
- *testificari,* quod respicit praeteritum tempus,
- *ligare,* quod respicit praesens vel futurum,
- *accusare*, *excusare*, *remordere* — quae respiciunt tempus praeteritum.

Dividitur ratione

sui in
- *praecipientem,* si aliquid faciendum vel omittendum praecipit,
- *consulentem,* si aliquid boni consulat,
- *permittentem,* si aliquid facere vel omittere permittat,
- *teneram,* quae peccata etiam levia sollicite cavet, et
- *strictam,* quae semper rigidiores sequitur opiniones.

obiecti in
- *veram,* et est quae ex veris principiis concludit esse honestum vel turpe quod reapse tale est,
- *erroneam* (Vide Tab. seq.), et
- *perplexam,* qua quis se peccare existimat sive unam, sive alteram contradictionis partem eligat.

assensus in
- ***Certam*** — et haec multiplex pro ratione certitudinis quae est *firmitas adhaesionis virtutis cognoscitivae ad suum cognoscibile*:
  - *metaphysica,*
  - *physica,*
  - *moralis,*
  - *perfecta,*
  - *imperfecta*;

  cuius principia sunt vel
  - *directa,* quae a re ipsa petuntur, et
  - *reflexa,* quae in regulis morum generalibus continentur;

  et haec sufficit ad honeste agendum (si talis sit moraliter loquendo).
- ***Dubiam*** / ***Probabilem*** / ***Improbabilem*** (Vide Tab. XII).
- ***Laxam*** / ***Scrupulosam*** (Vide Tab. XIII).

TAB. XI.

Seq. De Conscientia.

Conscientia erronea

Definitur: *quae ex falsis principiis vel veris quidem, sed mala methodo, concludit illud bonum vel malum esse quod reapse tale non est.*

subdividitur in

- *vincibiliter* erroneam — crassam vel supinam et affectatam. — Vide *de ignorantia;*
- et *invincibiliter* erroneam et talis dici potest (nisi agatur de primis moralitatis principiis) si
  - nullum adest dubium de malitia actionis,
  - error sit contra ius positivum,
  - error difficulter cognosci possit,
  - de errore quis doleat et tristetur,
  - poenitens sit timoratae conscientiae;

ipsa laborante

- obligat agentem
  - non per se et simpliciter idest absolute et in omni casu sicut vera et recta,
  - sed per accidens et secundum quid, idest sub conditione;
- qui agit contra talem conscientiam erroneam vincibiliter vel invincibiliter peccat
  - *mortaliter,* si conscientia dictet actionem vetitam sub mortali,
  - *venialiter,* si dictat prohibitam sub veniali,

  et
  - si dictet veniale quod est mortale peccat — *mortaliter,* si est vincibilis, *venialiter,* si invincibilis;
- in dubio utrum error sit vincibilis vel non, tunc
  - timoratus coscientiae peccat venialiter, et non timoratus, mortaliter;
- qui iuxta eam agit
  - invincibiliter errantem *non peccat,*
  - vincibiliter errantem *peccat;*
- poenitens admoneri a confessario
  - debet si
    - error sit voluntarius et vincibilis,
    - agatur de necessariis necessitate medii,
    - poenitens confessario id petat,
    - fructus speretur,
    - ex omissione damnum commune emergat,

  non debet si timeantur mala maiora.

TAB. XII.

Seq. De Conscientia.

Conscientia ratione assensus est (I)

Dubia — quae adesse potest cum dubio, quod definiri solet: *suspensio assensus* et multiplex est nempe:

- *negativum*, cum nullum adest argumentum neque hinc, neque inde,
- *positivum*, cum adsunt hinc et inde fere aequalia argumenta,
- *speculativum*, quod considerat rem in abstracto,
- *practicum*, quod respicit rem in concreto seu in suo esse morali,
- *iuris*, cum ignoratur lex,
- *facti*, cum ignoratur relatio actionis ad legem certo existentem;

et est *quae, omnibus perpensis, anceps remanet et nescit cui nam parti adherere possit et debeat;*
sufficit ad recte agendum si dubium sit speculativum.

Improbabilis.

Probabilis — Definitur: *qua gravibus suffulta rationibus sed fallibilibus, aliquid iudicat ut bonum vel malum;*

ex opinione probabili derivatur opinio prob.lis et est *quae ob motivum grave sed fallibile et modo prudenti aliquid iudicat licitum vel illicitum*, et multipliciter subdistinguitur nempe:

- *ab intrinseco*, talis est opinio cum rationes petuntur ab ipsa rei natura,
- *ab extrinseco*, cuius probabilitas petitur a doctorum testimonio et auctoritate,
- *minus probabilis, probabilior, probabilissima,*
- *communis, communior, communissima,*
- *minus tuta* seu favens libertati,
- *tutior*, seu favens legi,
- graviter probabilis si gravibus nitatur argumentis, leviter probabilis si levibus rationibus suffulta;

de hac materia multa sunt systemata theologorum nempe:

- Rigorismus, damnatus ab Alexandro VIII.
- Rigorismus moderatus.
- Tutiorismus qui semper sequendus cum agitur de
  - validitate Sacramentorum,
  - rebus fidei et necessitate medii,
  - periculo (de facto) damni proximi.
- Probabilismus, hisce suffultus rationibus:
  - *qui probabiliter agit, prudenter agit.* Axioma: *lex dubia non obligat; in dubio standum pro valore actus.* *Lex* ut obliget debet esse sufficienter intimata;
- Probabiliorismus
  - *ignorantia invincibilis excusat a peccato.*
- Possessionis pro quo militant hae rationes:
  - *lex incerta non parit certam obligationem,*
  - *in dubio, melior est conditio possidentis,*
  - *in dubio standum pro valore actus.*
- Laxismus, damnatus ab Innocentio XI.

TAB. XIII.

Seq. De Conscientia.

Conscientia ratione assensus est (II).

Laxa

Definitur: *qua quis ex motivis levissimis iudicat licitum quod est illicitum; leve, quod est grave;*

signa:
- contemptus eorum quae prudentes pro peccato habent,
- somnum in peccatis et nulla sollicitudo se emendandi,
- inanis conversionis spes in extremo vitae;

causae:
- neglectus orationis,
- nimia rerum temporalium sollicitudo,
- vita mollis et luxuriosa,
- peccandi consuetudo,
- familiaritas cum vitiosis;

effectus:
- tranquillitas in peccato,
- insensibilitas ad pia monita et consilia,
- impoenitentia;

remedia: (1)
- devota, humilis et frequens oratio,
- aliquot dierum secessus,
- frequentia Sacramentorum,
- quotidiana discussio conscientiae,
- piorum librorum lectio et cum piis conversatio,
- fuga otii ac malorum sociorum.

Scrupulosa

Definitur: *qua quis ex motivis levissimis iudicat illicitum quod licitum, grave quod leve;*

signa: si quis
- pro peccato teneat quod probi tale non iudicant,
- confessarii iudicio numquam acquiescit,
- in confessione semper dubius sit et incertus,
- discutiendae conscientiae numquam finem faciat,
- in fundendis precibus maxime angatur, repetat, trepidét;

causae

externae:
- Deus,
- Daemon,
- societas scrupulosorum;

internae:
- naturalis corporis constitutio,
- animi inconstantia et mentis imbecillitas,
- immoderatae vig.^{ae} et nimia corp.^{is} maceratio,
- ignor.^{tia} liciti et illiciti, tentat.^{is} et consensus,
- occulta superbia;

effectus:
- animi perturbatio,
- conscientiae angores,
- christianae pietatis fastidium, accidia, nullus progressus in via spirituali,
- morbi et interdum amentia;

remedia:
- oratio,
- patientia,
- scrupulorum contemptus,
- obedientia confessarii.

NOTA.

(1) Ad conscientiam *laxam* pertinent conscientia *cauteriata* quae ex habitu acquiritur, et *pharisaica* quae magna parvi et parvi magna facit.

Finis Tractatus Secundi

TRACTATUS III.

DE LEGIBUS

TAB. XIV.

De Legibus.

Legis

Definitio: *praeceptum commune iustum et stabile, ad bonum commune ab eo qui curam habet communitatis promulgatum.*

Divisio

Æterna — Definitur: *ratio vel voluntas Dei ordinem naturalem perturbari vetans, conservari iubens;*

- cognoscitur sed { in se ipsa a Deo solo et Beatis, / in suis effectibus ab hominibus;
- comprehendi totaliter non potest, quia totaliter eius effectus, ab hominibus non cognoscuntur;
- ab ea derivantur { naturalis, / divino positiva, / humana { tamquam a causa exemplari, / » » efficienti, / quatenus hanc praecipit aut probat;
- est totius moralitatis regula ac mensura; ratio et fons omnium legum.
- praeest omnibus rebus creatis sive necessariis, sive contingentibus { quia imprimit toti naturae principia propriorum actuum, / quatenus quaevis res creata ab ea accipit principium movens in finem suum;
- secernitur { ab idea divina / a divina Providentia.

Naturalis (Vide Tab. seq.).

Positiva { *divina* / *humana* } (Vide Tab. sequentes).

Conditiones: (ut obliget)

- ex parte materiae: { honestas, / iustitia, / possibilitas moralis, / utilitas.
- ex parte formae: { claritas, / promulgatio.

TAB. XV.

Seq. De Legibus.

Lex naturalis

- Definitur: *participatio legis aeternae in rationali creatura dictans illud agendum esse quod intrinsece bonum, illud fugiendum quod intrinsece malum;*
- eiusdem existentia probatur ex
  - S. Scriptura: *Gentes quae legem non habent, naturaliter, ea quae legis sunt faciunt* (Paulus ad Rom., II, 14).
  - Traditione: *Quis legem naturalem in cordibus hominum inscripsit nisi Deus?* (S. Augustinus).
  - ratione: ex sensu intimo omnium creaturarum rationem habentium,
  - consensu omnium gentium etiam gentilium,
  - ordine totius naturae nempe
    - ex parte Dei iusti,
    - ex parte hominum qui directione indigent;
- cuius fundamentalia principia haec sunt: servandus ordo hominis
  - ad Deum,
  - ad semetipsum, et
  - ad caeteros homines;
- cuius praecepta alia sunt
  - *primaria*, quae faciliter innotescunt,
  - *secundaria*, quae ex primariis praeceptis originem ducunt sive
    - remote,
    - proxime;
- eius ignorantia invincibilis
  - non datur quoad
    - primaria praecepta, nec
    - secundaria in seipsa spectata;
  - datur quoad remotas conclusiones;
  - a peccato excusat.
    - *Cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificaverunt* (Paulus ad Rom., I, 20).
    - *Non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed, etc.* (S. Augustinus).
    - *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, etc.* (Trid., sess. 6, cap. 11).
- proprietates:
  - *universalitas*
    - quoad prima principia,
    - non datur vero semper quoad secundaria, quae ex primariis et communibus deducuntur;
  - *indelebilitas*
    - quoad eius communia et universalia omnibus nota principia,
    - non vero quoad particularia et ut in paucioribus;
  - *immutabilitas* mutatio esse potest:
    - propria vel impropr.[a]
      - si agatur de legis
        - irritatione, abrogatione et derogatione, dispensatione,
        - subrogatione, interpretatione, materiae subtractione;
      - huic mutationi nullomodo subiacet
      - huic mutationi subiacere potest
- obligat
  - omnes homines
  - etiam
    - amentes
    - et
    - pueros.

TAB. XVI.

Seq. De Legibus.

Lex positiva divina

Definitur: *Lex a Deo exterius data qua homo dirigitur ad finem supernaturalem.*

duplex est nempe:

Vetus seu Mosaica

cuius auctor fuit Deus, sicut probatur ex:
- S. Scriptura:
  - locutus est Dominus ad Moisen, dicens: *Loquere filiis Israel;*
  - locutus est Dominus ad Moisen, dicens: *Dices ad filios Israel.*
- Traditione universali.

bona erat et probatur ex:
- *S. Script.:* Lex Domini convertens animas;
- *Verbis Christi:* Quaecumque dixerint (pharisaei) vobis servate et facite;
- *Factis Christi,* qui eam semper servavit;
- *Conspectu ipsius legis,* quae est secundum rationem et concupiscentias a cordibus hominum repellendi capax.

Iudaeis data est:
- angelorum ministerio: in vet. Test. *sermo factus est per angelos* (S. Paul.); *accepistis legem in dispositione angelorum;*
- et ipsis solis:
  - S. Scriptura: *Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis* (Psal.);
  - ut praemium, quia Iudaei soli idola non adoraverunt, sicut Deus patribus promiserat;
- qui soli tenebantur omnem legem servare:
  - ut sanctiores essent propter reverentiam Christi, et
  - quia specialia praecepta iis imponebat;
- tempore Moisi et quidem recte:
  - ut infirmitatem agnoscerent in qua prolapsi erant,
  - ut perfectius ad divinam gratiam prepararentur;

cuius praecepta erant vel:
- *moralia,* quae pertinebant ad mores et erant de dictamine legis naturae,
- *caeremonialia,* quae erant determinationes cultus divini,
- *iudicialia,* quae erant determinationes iustitiae inter homines observandae;

abrogata fuit:
- nam imperfecta erat, Christianis non decebat, erat umbra tantum novae legis.
- sed quando:
  - mortua est? omnes tenent quod mortua sit quando Christus mortuus est,
  - mortifera facta est? cum sufficienter nova lex promulgata fuit.

Nova seu *Evangelica* (V. Tab. XVII).

TAB. XVII.

Seq. De Legibus.

Lex positiva divina (II)

Nova seu Evangelica

Definitur: *Lex supernaturalis per se iustificativa, a Christo condita, ab Apostolis promulgata, obligans omnes homines, usque ad finem saeculi.*

- cuius auctor (Christus) Deus est et probatur ex
  - Verbis Christi: *Mandata mea servate; docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.*
  - Traditione: *Si quis dixerit Christum Iesum a Deo hominibus datum fuisse ut Redemptorem, non ut Legislatorem cui obediant, anathema sit* (Trid., sess. 6, cap. 21).
- necessaria est ad salutem, et probatur e S. Scriptura
  - *Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea* (Ioan., 15).
  - *Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit condemnabitur* (Matth., 28).
- cuius praecepta sunt:
  - *fidei,* seu dogmata quae credenda proponuntur;
  - *moralia,* quae sunt regulae morum de dictamine legis naturae a Christo fusius explicatae;
  - *sacramentalia,* quae ad Sacrificii et Sacramentorum usum referuntur.
- non debuit dari a principio mundi quia
  - 1° lex nova est gratia Spiritus Sancti, quae dari non debuit abundanter, antequam impedimentum peccati per Christum ablatum fuisset;
  - 2° ordo exigit ut omnia in melius procedant, unde Apostolus: *Lex pedagogus noster fuit in Christo, ubi venit fides iam non sumus sub-pedagogo;*
  - 3° lex nova est lex gratiae;
- usque ad consummationem saeculi est duratura
  - Quia lex perfectior dari nequit cum sit impossibilis alia propinquior fini ultimi;
  - ut constat ex verbis Christi:
    - *Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* (Luc., XXI, 33).
    - *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi* (Matth., XXVIII, 20).

NOTA.

Consilia Evangelica ad tria reducuntur scilicet ad:
- *paupertatem,*
- *castitatem,*
- *obedientiam.*

TAB. XVIII.

Seq. De Legibus.

Lex humana

Definitur: *ordinatio recta, iusta et stabilis ad bonum publicum condita, et promulgata ab eo qui curam habet communitatis.*

dividitur
- ratione originis in: Ecclesiasticam, et Civilem, ius gentium.
- ratione sui:
  - 1° in *moralem, poenalem, et mixtam*: prout sub sola culpa, vel sub sola poena vel sub utraque obligat.
  - 2° in *prohibentem, irritantem, et permittentem*: prout actum illicitum vel invalidum reddit aut agentem inquietari prohibet.
  - 3° in *affirmativam, et negativam*: prout praecipit vel prohibet.
  - 4° in *generales, et particulares*: iuxta extensionem.

necessaria est, et probatur:
- ex hominum pervicacia ac malo animo, quibus datis, impossibile est vivere sine legibus,
- ex facto quod omnes gentes, etiam rudes, ab ipsis mundi primordiis leges habuerunt ad bonum publicum.

Eiusdem ***subiectum*** (Vide Tab. XIX).

eius obiectum est *quidquid ab humano legislatore praescribi potest*, unde:

1ª *quaestio:* Principes de rebus mere spiritualibus — Ecclesia de rebus mere civilibus leges ferre nequeunt.

probatur 1ª pars:
- ex Scriptura: Ecclesiae Pastoribus tantum dixit Christus: *Euntes, docete, etc.; quaecumque alligaveritis, etc.;* et Paulus: *Attendite vobis, etc.;*
- ex testimonio Romanorum Pontificum: *Nolite quae Ecclesiae sunt usurpare* (Nicolaus I);
- ex testimonio Imperatorum: *Quoties de religione agitur Episcopos oportet iudicare* (Codex Theodosii);
- ex ratione ipsa quia utraque potestas diversam naturam habet et finem;

probatur 2ª pars:
- ex verbis Christi: *Date quae sunt Caesaris Caesari.*
- ex ratione superius adducta;

2ª *quaestio:* Quae regulae in concursu legum ecclesiasticarum et civilium?
- dogmata, sacramenta, sacri ritus et similia, ecclesiastico iure definienda;
- secluso privilegio vel legitima alia ratione, in rebus civilibus servandae leges civiles;
- causae mixtae iuxta concordata definiendae;
- in defectu iuris canonici consulendum ius civile et vicissim.

TAB. XIX.

Seq. De Legibus.

Legis humanae subiectum

- Omnes homines, rationis usum, etc. (ut sequitur).
- (rationis usum habentes) ideoque obligantur — unde excusantur infantes et perpetuo amentes,
  - *pueri* — qui ad discretionis annos pervenerint, iis in legibus quarum materia illorum aetati congruit;
  - *amentes* temporarii quia amentia non est nisi accidens et *ebrii* — sed hi excusantur a peccato si — legis violatio non est praevisa, hic status non culpabilis,
  - *infideles* — quoad legem civilem, quoad legem naturalem et divinam, — sed non quoad legem ecclesiasticam.
  - *Haeretici, schismatici, apostatae* etiam in legibus ecclesiasticis.
- Subditi illius qui legem fert; unde:
  - obligantur legislatores — in regimine aristocratico vel democratico, in regimine monarchico vi directiva non coactiva in iis quae ipsos quoque respiciunt;
  - peregrini, advenae et vagi
    - non obligantur nisi — praeceptum sit personale, fictione iuris, in territorio censeantur,
    - obligantur extra proprium territorium qui — animo manendi aliquod petunt territorium, habent quasi domicilium in aliquo territorio, causa essent ut exurgerent damna, scandala, gravia mala, si agatur de iure communi.
  - ex lege civili (Italici R.) obligantur
    - omnes cives in legibus poenalibus, publicae securitatis, politicis; esteri quoad bona immobilia quae hic sunt, et — in materia contractuum et delictorum, cum eaedem leges vigent in patria.
    - quoad leges statum civilem respicientes.

TAB. XX.

Seq. De Legibus.

Legum humanarum

Promulgatio

Definitur: *publicae legis denuntiatio auctoritate superioris facta ad obligationem subditorum inducendam;*

differt a divulgatione quae
- consistit in applicatione promulgationis, ad aures facta, per privatos fide dignos;
- non est necessaria ad legis valorem, quia secus vix ulla lex humana haberet vim obligandi;
- non requiritur a lege naturali, sufficit enim ut ita promulgata sit ut possit ad subditorum notitiam pervenire;

per aliquam peculiarem determinatam solemnitatem requiritur si ius positivum attendatur nam
- si agatur de legibus civilibus ait Codex: « Le leggi promulgate dal Re divengono obbligatorie in tutto il regno nel quindicesimo giorno dopo la loro pubblicazione, salvo che nella legge promulgata sia altrimenti disposto. La pubblicazione consiste nella inscrizione della legge nella Raccolta ufficiale delle leggi e decreti, e nell' annunzio di tale inserzione nella « Gazzetta Ufficiale » del Regno »;
- si agatur de lege ecclesiastica
  - episcopali, omnes conveniunt legem obligare statim ac promulgata fuit;
  - pontificia
    - in materia fidei et morum statim ac innotescit, ubique locorum obligat.
    - disciplinari
      - iuxta nonnullos non est obligatoria nisi in singulis provinciis promulgata sit;
      - sed plures tenent obligationem inducere si ad valvam Basilicarum Urbis affixa fuit.

Acceptatio populi non requiritur et probatur
- ex Sacra Scriptura
  - *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit* (S. Paulus ad Rom., 13);
  - *qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit* (ad Haebr., 13);
- ex auctoritate Romanorum Pontificum. Alex. VII damnavit hanc prop.: *Populus non peccat etiamsi absque ulla causa non recipiat legem a principe promulgatam;*
- ex ratione, nam populus omnia ligamina in quantum potest reiicit;

sed defectus acceptationis efficit per accidens ut lex aliquando non obliget.

TAB. XXI.

Seq. De Legibus.

Legum humanarum

- ***Obligatio*** non datur cum mortis vel gravis damni periculo (ordinarie loquendo) idest quando
  - lex non est necessaria ad bonum publicum,
  - lex non est in contemptum fidei et religionis,
  - non adest periculum gravis scandali;
- sub
  - gravi non datur in re quae omnibus perpensis sit levis (secluso contemptu et gravi scandalo).
  - levi dari potest, etiam in re gravi, sed requiritur legislatoris consensus;
- gravis tunc erit (et ideo transgressio legis, grave peccatum tunc solum est) cum, secluso contemptu et gravi scandalo, legislator obligat sub gravi, quod deducitur ex
  - materia est gravis,
    - 1° materiae gravitate;
    - 2° verbis quibus utitur legislator;
    - 3° poenis a lege constitutis contra transgressores;
    - 4° consuetudine, optima legum interprete;
- adest in conscientia sive quoad
  - legem Civilem,
  - » Ecclesiasticam.
- ***Renuntiatio*** si leges latae sint in bonum communitatis (saltem praecipue), locum habere nequit;
- si vero leges respiciunt primario bonum privati, hic potest illis renuntiare.
- ***Cessatio observantia*** (Vide Tab. seq.).

NOTA.

Ut inobservantia legis sit ratione contemptus, per se mortale peccatum, non sufficit *contemptus materialis*, sed requiritur *contemptus formalis* quo quis legem contemnit qua legem.

TAB. XXII.

Seq. De Legibus.

De legum observantia

- propositum legem adimplendi
  - non requiritur in praeceptis negativis, saltem implicitum requiritur in praeceptis positivis;
  - sed non requiritur propositum legem implendi
    - per illum actum,
    - imo iusta plures lex servatur etiam si habeatur intentio contraria;
- status gratiae: requiritur ut opus sit meritorium, in ordine ad vitam aeternam, non requiritur nisi agatur de praeceptis quae charitatem exigunt;
- pravus finis vel mala circumstantia
  - si concomitanter se habeant non impediunt quod praeceptum adimpleatur,
  - si antecedenter
    - non impediunt quod adimpleatur lex civilis.
    - iuxta
      - nonnullos impediunt observantiam legis Eccles. quia *bonum ex integra causa*,
      - alios non impediunt observantiam legis Ecclesiast. quia, ut aiunt, *finis praecepti non cadit sub praecepto;*
- unico actu
  - pluribus actibus iustitiae, satisfieri nequit quia aequalitas est servanda;
  - censentur impleri plura praecepta
    - si cadunt in eadem materia et ob idem motivum nec alia sit legislatoris
    - mens, quae colligi potest ex
      - natura operis praecepti,
      - circumstantiis,
      - communi piorum sensu.
  - pluribus actibus non ex iustitia praeceptis: satisfieri potest si simul concurrant, satisfieri possibile non est si non concurrant.
- quoad tempus: si plura praecepta simul concurrunt maiora et graviora praevalent, unde: . . . . . .
  - positivo praeferendum negativum,
  - naturale » positivo,
  - posit.^{m}-div.^{m} » posit. hum.^{o},
  - caeteris paribus praeferenda lex quae orig.^{em} duxerit ex praestantiori virt.^{e},
  - aliis in casibus ratio habenda est materiae praeceptorum.

NOTA.

Legum

- **Actus** . . . .
  - *praecipere* actus virtutum,
  - *vetare* actus vitiosos,
  - *permittere* actus indifferentes,
  - *punire*, est id per quod lex inducit ad hoc quod sibi obediatur.
- **Proprietates**
  - necessitas
    - *obiecti* ne praescribantur inhonesta, indifferentia, inutilia;
    - *auctoris* ne legislator limites potestatis suae transiliat;
  - iustitia ex parte
    - *finis* qui dirigi debet ad bonum commune;
    - *modi* seu *formae* ne iniustitiae suspicio oriatur.
  - perspicuitas
- **Effectus** . . .
  - bonitas subditorum
    - *simpliciter* si de legibus iustis agatur,
    - *secundum quid* si de legibus tyrannicis.
  - Obligatio subditorum.

TAB. XXIII.

Seq. De Legibus.

Legum species (I)

- ***Lex poenalis*** — dicitur: *quae poenam in legis transgressores statuit;*
  - *mere poenalis,* si poenam instituit nulla facta praecepti vel prohibitionis mentione;
  - *poenalis mixta,* si poenam et praeceptum vel prohibitionem continet.
  - multiplex est nempe: *ferendae et latae* sententiae — et definitur:
    - prior: *quae poenam decernit per iudicem infligendam.*
    - posterior: *quae poenam ipso facto incurrendam statuit.*
  - sententia autem est:
    - *declaratoria,* qua quis a iudice reus declaratur, vel
    - *condemnatoria,* qua reus damnatur ad poenam;
  - *inhabilitans* ad aliquid faciendum vel adquirendum, etc.;
  - *privans* aliquo iure adquisito;
  - effectum habet idest obligat
    - ante iudicis sententiam si
      - agatur de lege passiva latae sententiae,
      - agatur de lege activa latae sententiae sed facili,
      - sit inhabilitans ad aliquid faciendum, vel ad ius adquirendum, quia talis censetur legislatoris voluntas;
    - post iudicis sententiam si
      - lex sit ferendae sententiae,
      - agatur de lege activa perdifficili, quia sic tenet consuetudo,
      - privat iure adquisito (post sententiam iudicis declaratoriam), quia sic tenet consuetudo, optima legum interpres;
  - si ignoratur
    - et nulla adest culpa, excusatio iusta datur a poena quae est effectus culpae,
    - sed adest culpa, poena proportionata culpae esse debet.
- ***Lex fundata*** in ***praesumptione*** (quae esse potest iuris aut facti)
  - definitur
    - (cum agitur de praesumptione iuris) *lex, quam legislator fert, iudicans, ex communiter contingentibus, in aliquo actu periculum adesse alicuius mali;*
    - (cum agitur de praesumptione facti) *lex, quam legislator fert, iudicans aliquod factum contigisse;*
  - in conscientia
    - non obligat si sit fundata in falsa praesumptione facti, unde axioma: *praesumptio cedit veritati;*
    - obligat si fundata in praesumptione iuris (etiam falsa), periculum enim semper adesse potest.

NOTA.

Poena duplex est
- *activa,* quae aliquam delinquentis actionem exposcit: v. gr. *exilium.*
- *passiva,* quae nullam requirit actionem; v. gr. *excommunicatio, suspensio.*

TAB. XXIV.

Seq. De Legibus.

Legum species (II)

Lex tributorum

dicitur *quae tributorum impositionem continet,*

imponi potest
- a legitimis superioribus, de eorum mandato, vel cum eorum consensu
  - a Principibus,
  - Pontificibus et Conciliis,
  - Praefectis regionum,
  - Civitatibus et Communitatibus;
- semper vero sub his conditionibus
  - quod causa tributum imponendi vera et iusta sit,
  - quod servetur proportio;

obligat
- in conscientia, iuxta plures, et probatur ex
  - verbis Christi Domini: *Date quae sunt Caesaris Caesari;*
  - ratione, nam si non obligasset in conscientia, actum esset de bono communi,
- hisce casibus exceptis: quum gabella respicit res quae deferuntur ad proprium usum:
- sed quoad restitutionem, disputatur;
  - alii cum S. Alphonso tenent hanc legem esse pure poenalem, ideo nullam adesse obligationem restituendi,
  - alii vero tenent restitutionem obligatoriam esse praesertim si agatur de re magni momenti,
  - fere omnes denique tenent quod qui merces emunt, fraudata gabella, hanc postea solvere non tenentur;

Lex irritans

dicitur: *quae actum ob defectum nonnullarum conditionum, nullum et invalidum facit.*

duplex est nempe
- *poenalis,* qua actus aliquis nullus efficitur in poenam criminis,
- *legalis,* qua actus aliquis invalidus efficitur ob bonum commune;

inficit actus a lege naturali prohibitos?
- affirmative, si substantia actus est legi naturali contraria; v. g. consensus defectus in Matrimonio,
- negative, si agatur de circumstantia supervenienti; v. g. in Matrimonio defectus consensus parentum.

effectum habet
- ante iudicis sententiam si lex actum invalidum declarat ipso facto,
- post iudicis sententiam si lex ita disponit.

censenda est quoties aliquod prohibet?
- affirmative, si agatur de legibus civilibus et id regulariter nisi adsit contrarius usus vel explicita legislatoris declaratio,
- negative, si sermo sit de legibus ecclesiasticis saltem cum nulla adest contraria consuetudo nec legislator aliter disponit,

inficiatur ab ignorantia legis poenalis non vero ab ignorantia legis irritantis legalis,

vim habet in utroque foro.

NOTA.

Tributum
- quod pro varietate rerum ad quas refertur vocatur
  - vectigal seu gabella
  - pedagium;
- dividitur in
  - *reale* quod pro rebus immobilibus penditur,
  - *personale* quod per capita solvitur,
  - *mixtum* quum pro rebus et personis simul imponitur,
  - *ordinarium* quod a lege imponitur quotannis solvendum,
  - *extraordinarium* quod ob specialem causam aliquando imponitur.

TAB. XXV.

Seq. De Legibus.

De legum cessatione (I)

- *ob derogationem* vel *abrogationem legis factam* a
  - legislatore, legislatoris successore, legislatoris superiore
    - iusta interven.nte causa
      - ut sit licita abrogatio vel derogatio,
      - quae tamen non requiritur ad validitatem;
- quod fit cum
  - legislator, eius successor vel superior revocant,
  - adest legis legitima praescriptio,
  - lex posterior contraria edita est;
- *ob legis interpretationem*
  - ob quam hae traduntur regulae
    - quae
      - definitur: *Declaratio sensus in lege contenti.*
      - triplex est
        - *authentica,* si ab ipso legislatore, vel eius successore aut superiore facta,
        - *usualis,* quae fit per usum et consuetudinem,
        - *doctrin.alis,* quae fit a viris doctis et legum peritis;
    - a codice civili
      - proprius verborum sensus attendendus,
      - mens et voluntas legislatoris accurate sequenda,
      - in dubio confugiendum ad casus aequales;
    - a iuris peritis:
      - ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus,
      - favores ampliandi,
      - odiosa restringenda,
      - in dubio actus est validus,
      - lex non extendatur de casu ad casum, exceptis . . . (correlativis, aequiparatis, connexis et subordinatis)
  - benignam seu per *epikeiam,* quae fit quoties
    - lex sine peccato servari nequit,
    - nimis onerosa vel moraliter impossibilis est,
    - ex iudiciis constat talem non fuisse legislatoris voluntatem qualem a lege eruitur;
- *ob privilegium*
  - quod
    - defin.: *Lex privata contra vel praeter ius aliquid concedens.*
    - multiplex est
      - *reale, personale, mixtum, contra, praeter* ius } ratione obiecti,
      - *gratiosum, remunerativum, favorabile, odiosum,* } ratione causae,
      - *perpetuum* vel *temporaneum:* ratione temporis;
    - concedi potest et tantum
      - a legislatore vel eius delegato,
      - subditis et aliquomodo inferioribus;
  - circa quod hae traduntur regulae:
    - privilegi verba naturali sensu accipienda,
    - favorabile late, odiosum stricte interpretandum,
    - in conflictu valet specialius et antiquius,
    - privilegium non est extendendum;
  - quod cessat
    - per revocationem expressam vel tacitam } a legislatore factam, vel eius successore aut superiore,
    - per abusum sed solum post iudicis sent.tiam declaratoriam,
    - per lapsum condit.nis, temporis, vel cessationem causae finalis,
    - per non usum pro diuturno tempore cum tamen privilegium sit . . . . favorabile alicui, ceteris onerosum,
    - per renuntiationem,
    - per extinctionem rei, vel personae privilegiatae.

TAB. XXVI.

Seq. De Legibus.

De legum cessatione (II)

- *ob dispensationem*
  - quae
    - definitur: *Relaxatio legis vigentis legitima auctoritate in aliquibus rerum adiunctis,* { ordinaria vel delegata auctoritate, / facta quibusdam personis;
    - esse potest { obreptitia, / subreptitia;
    - fieri nequit ab inferiore in lege superioris nisi ex { iure permittente, / consuetudine, / praesumpta delegatione;
  - ad quam requiruntur legitimae causae: { pietas, / utilitas, / necessitas;
  - quae cessat cessante causa finali.
- *ob consuetudinem*
  - quae
    - definitur: *Ius populi moribus et tacito legislatoris consensu inductum;*
    - triplex est nempe { contra legem, / iuxta legem, / praeter legem.
  - pro qua hae requiruntur conditiones
    - ut iuri naturali, divino, et publico bono non obstet; ut actus quibus inducitur consuetudo, sint: . . { liberi — uniformes — / publici — continui / — frequentes.
    - consensus saltem iuridicus;
    - diuturnum tempus et intentio se { obligandi si agatur de consuetudine praeter legem, / absolvendi si agatur de consuetudine contra legem,
  - quae evellenda { est, si adversatur legi naturali, divinae, vel publico bono; / non est, si bona, imo potius fovenda;
  - quae cessat per legem contrariam si consuetudo sit generalis;
- *ob mutationem materiae, quum haec fit* { inhonesta, / perniciosa, / inutilis.
- *ob cessationem causae finalis cum id fit* { adequate, / in perpetuum, / in universum.

TAB. XXVII.

Seq. De Legibus.

De legum cessatione (III)

ob immunitatem quae

definitur: *ius quo loca, res vel persona a communi onere exemptae sunt ;*

triplex est

1° personalis — fori — canonis, competentiae, qua gaudent qui:
- clericali tonsura sunt initiati, tonsuram et habitum clericalem deferunt, alicui ecclesiae deserviunt, in tabula clericorum sunt inscripti, ex testimonio personae competentis clericali modo se gerunt;
- habent episcopi commendatitias;

qua privantur qui post tres admonitiones non deferunt habitum et tonsuram.

2° realis

3° localis, quae pertinet ad:
- coemeteria,
- monasteria,
- hospitalia,
- ecclesias et loca quae ab iis directe dependunt

hac omnes gaudent exceptis Iudaeis et reis graviorum criminum.

NOTA I.

Ius canonicum est complexio legum Ecclesiae.

Continet:
- Decreta Gratiani in tres partes divisa pro diversitate obiecti: 1ª agit de personis, 2ª de iudiciis, 3ª de rebus.
- Decretalia Romanorum Pontificum:
  - 1ª collectio — Decretalia Gregorii IX,
  - 2ª „ — liber VI Decretalium Bonifacii VIII,
  - 3ª „ — Decretalia Clementis V,
  - 4ª „ — Extravagantes Ioannis XXII,
  - 5ª „ — „ communes.

NOTA II.

Concordata sunt ne privilegia aut contractus bilaterales ?
- Alii affirmant hisce suffultis rationibus:
  - quia semper locum habuere inter Papam et Principes cum reciprocis concessionibus;
  - quia vocantur pacta, pactiones;
  - quia Pontifices uti contractus bilaterales concordata semper habuerunt.
- Alii negant asserendo:
  - materiam concordatorum semper esse spiritualem, vel quasi spiritualem;
  - inter Papam et Principem eas conditiones deficere quae necessariae sunt ad contractum bilateralem.

Finis Tractatus Tertii

TRACTATUS IV.

DE PECCATIS

TAB. XXVIII.

De Peccatis.

Peccatum

Definitur: *dictum, factum, concupitum contra legem aeternam Dei;*

eius ***natura*** — naturam humanam subvertit,
Deum offendit — non quidem effective, quod esset impossibile, sed affective, quatenus est contemptus Divinae Maiestatis;

subiectum — anima humana secundum suam essentiam.
voluntas hominis quatenus dici potest radix omnium peccatorum.

Divisio

Originale[1]

Definitur: *Peccatum quod ab Adamo commissum in nos per carnalem generationem transfunditur;*

eiusdem existentia probatur ex:
- S. Script.: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine;* (Iob); *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum* (Ps.); *Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, etc.* (Paulus).
- Concilio Trid: *Si quis dixerit Adae peccatum sibi soli et non eius propagini nocuisse, anathema sit;*
- universali Traditione,
- ratione ipsa, si consideratur: humanae naturae subversio, coll.[vies] aerumnarum et mal.[rum] huius vitae;

eiusdem essentia est:
- habitus,
- numerice unum,
- formaliter privatio iustitiae originalis,
- materialiter ipsa concupiscentia,
- aequaliter in omnibus hominibus;

afficit omnes homines: nisi omnes actu, saltem omnes in potentia, excepta B. V. Maria, prout docet Ecclesia;

effectus et poenae:
- in hac vita:
  - in corpore: vitae miseriae, ipsa mors;
  - in anima: vulnus: ignorantiae quoad intellectum, malitiae quoad voluntatem, infirmatis quoad irascibile, concupiscentiae quoad concupiscibile — haec grav.[ora]
- in altera:
  - quoad adultos: privatio aeternae vitae et fruitio tantum Beatitudinis naturalis si iuxta legem naturalem vixerint;
  - quoad pueros hae sunt praecipuae opiniones: alii tenent pro eorum beatit.[ine] naturali, alii pro eorum poena damni, alii pro eorum nulla poena et nullo gaudio, denique stant pro eorum aeterna damnatione.

est dogma Fidei.

Personale (Vide Tab. seq.).

---

1 Circa peccatum originale errarunt vel errant:
- Pelagiani, Sociniani, Rationalistae, negantes dona supernaturalia et peccatum originale primi hominis;
- Lutherani, Calviniani, Ianseniani, dicent post peccatum Adae hominis naturam ita corruptam fuisse ut liberum arbitrium amiserit.

TAB. XXIX.

Seq. De Peccatis.

Peccatorum (II)

Causae

- internae: ignorantia ex parte intellectus, malitia ex parte voluntatis, concupiscentia ex parte appetitus.
- externae:
  - *diabolus* qui: non potest directe, bene vero indirecte → causa peccati esse;
  - *mundus*, non vero *Deus*: neque directe, neque indirecte; → contra nonnullos haereticos.

Distinctio

- specifica: pendet ex turpitudine, seu malitia cuiusvis actionis.
  - multiplex est, et peccata specie distingui dicuntur cum opponuntur . . . . :
    - diversis virtutibus,
    - eidem virtuti modo contrario,
    - eidem virtuti, sed modo plane diverso.
- numerica:
  - est repetenda ex:
    - aversione a Deo, in quo virtus quae laeditur,
    - conversione ad creaturas, in quibus obiectum materiale peccati est,
    - actu voluntatis, quo quis a Deo avertitur et ad creaturas convertitur,
  - efficit ut peccata distinguantur numerice:
    - per moralem interruptionem quae fit:
      - ex obiectis totalibus et per se completis, quae habent propriam et completam malitiam;
      - in actibus externis:
        - quoties actus est natura sua perfectus;
        - ad aliud tamquam finem non ordinatur,
        - propriam non induit malitiam.
      - in internis:
        - qui interne perficiuntur, tot peccata quot voluntatis actus perfecti.
        - qui externe perficiuntur:
          - per voluntatis retractationem,
          - per voluntariam cessationem.

TAB. XXX.

Seq. De Peccatis.

Peccatorum (III)

Effectus [1]

1us offensa Dei. *Odio sunt enim Deo impius et impietas eius,*
2us iactura vel saltem (in veniali) diminutio charitatis Dei,
3us animae macula,
4us angor spiritus;

reatus
- culpae
  - *Effundam super vos* (Scriptura) *aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris*;
  - Tridentinum dicit: « Baptismum esse ut mundemur a peccati originali macula »;
- poenae
  - existit et probatur
    - ex Scriptura: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum*;
    - Traditione: *Affirmamus te aut cruciatui, aut refrigerio destinari utroque perpetuo;*
    - ratione: Omnis enim culpa poenam requirit;
  - quae est
    - aeterna in inferno,
    - temporanea in purgatorio;
    - uterque
      - *damni,* idest priv.nis visionis et poss.nis Dei, et
      - *sensus,* idest dolorum sensib.ium et cruciatuum;

subtractio auxiliorum Dei,
amissio meritorum omnium si sermo sit de peccato mortali.

---

[1] Peccati mortalis: offendit, spoliat, foedit praedatur et angit, poenaeque aeternae gravis affert noxa reatum.
Peccati venialis: offendit Dominum, decus imminuitque timorem, subtrahit auxilia, ad poenam et mortale ducit.

TAB. XXXI.

Seq. De Peccatis.

Peccatum personale est (I)

- *externum*, quod per actum externum perficitur.
- *internum*
  - cuius species
    - *desiderium*
      - *gaudium*, quod locum habet cum quis sibi complacet de malo opere quod patravit.
      - est actus quo quis deliberate vult malum opus perficere.
        - multiplex est, nempe
          - *conditionatum* circa quod notandum: si conditio sola sit ut ipsa posita, auferatur actionis malitia, tunc nullum adest peccatum,
          - *efficax* vel *inefficax*,
      - est eiusdem speciei mali operis.
    - *delectatio*
      - de scientia mali actus,
        - per se non est peccatum,
        - sed fieri potest ob finem, vel periculum;
      - de modo non malo quo patratum est opus malum,
        - per se non est peccatum,
        - sed fieri potest ob finem vel periculum;
      - de effectu bono ex opere malo secuto
        - si sistat extra boni effectus limites non est peccatum,
        - secus si malum opus respiciat.
      - morosa de
        - re mala inculpabiliter patrata non licet.
        - inculpabilitate actionis licet,
        - re mala est grave vel leve pro ratione materiae;
      - causam eiusdem ponere licet si
        - necessaria, vel
        - utilis, et
        - honesta;
  - *actuale* et *habituale*,
  - *carnale* et *spirituale*,
  - *contra*
    - *Deum*,
    - *proximum*,
    - *seipsum*.
  - ***Mortale*** / ***Veniale*** (Vide Tab. seq.).
  - *cordis, oris* et *operis*,
  - *formale* et *materiale*,
  - *ignorantiae, infirmitatis* et *malitiae*,
  - *commissionis*;
- et *omissionis*
  - speciem desumit ex
    - virtutibus cui opponitur,
    - eo quod diverso eiusdem virtutis officio opponitur,
    - diversitate modi quo opponitur eidem virtuti,
  - ut adsit requiritur positivus voluntatis actus;
  - eiusdem causa
    - habet distinctam malitiam si per se mala sit;
    - si per se bona est potius ponenda quam auferenda;
    - si aeque bona sit ac eius omissio, tum ambo fieri possunt;
    - si sit indifferens non habet distinctam malitiam;
  - imputatur
    - si advertenter causa posita est, etsi omissio postea non sit secuta;
    - quum fit omissio quae non fuerit retractata etsi eo tempore praeceptum servari nequeat.
- *Contra Spiritum Sanctum.*

TAB. XXXII.

Seq. De Peccatis.

Peccatum personale est (II)

Mortale

Definitur: *gravis transgressio legis divinae, per quam homo privatur gratia sanctificante et amicitia Dei, dignusque efficitur poena aeterna.*

existit et distinguitur a veniali
- ut probatur
  - ex S. Script.: mortalia peccata in S. S. comparantur camelis, trabibus; ven.: festucis, culicibus. *Non est homo usque iustus in terra qui faciat bonum et non peccet* (Eccl., 21).
  - ex verbis S. August.: *De quotidianis brevibusque peccatis sine quibus haec vita non ducitur, etc.;*
  - ex ipsa experientia, quae docet multas esse imperfectiones etiam iustorum;
- quae distinctio repetenda est ex eo quod
  - mortale, nequit consistere cum charitate Dei,
  - veniale, charitatem Dei non aufert.

Species:
- *mortale ex toto genere suo* dicitur peccatum cuius materia semper gravis est: materialiter vel formaliter
- *mortale ex genere suo* dicitur peccatum cuius materia gravis vel levis esse potest.

Conditiones necessariae:
- 1ª perfecta advertentia saltem virtualis circa: obiectum peccati, et malitiam actionis vel omissionis;
- 2ª consensus (qui esse potest: directus vel indirectus), (explicitus vel implicitus), (perfectus vel imperfectus), perfectus voluntatis requiritur ad peccatum mortale, non quidem directus, sed sufficit indirectus, in quo nempe adest ratio voluntarii;
- 3ª materia gravis saltem ratione finis.

effectus:
- macula animae,
- offensa Dei,
- amissio meritorum omnium,
- angor spiritus et cordis perturbatio,
- reatus poenae aeternae,
- poena aeterna;

veniale fieri potest
- si mortale sit ex genere suo, ex defectu: ex levitate materiae, consensus vel advertentiae;
- si mortale ex toto genere suo ex defectu: advertentiae vel consensus.

Veniale (Vide Tab. seq.).

TAB. XXXIII.

Seq. De Peccatis.

Pecc.um personale est (III)

- ***Veniale*** — Definitur: *Transgressio levis legis divinae minuens fervorem charitatis et reddens hominem dignum poena temporali.*
  - fieri potest mortale ratione:
    - obiecti,
    - pravi animi affectus,
    - finis mortaliter mali,
    - conscientiae erroneae,
    - gravis scandali,
    - contemptus formalis,
    - gravis periculi damni spiritualis.
  - effectus:
    - Deum offendit,
    - minuit animae decus,
    - impedit gratias speciales,
    - inducit reatum poenae temporalis,
    - impedit timorem Dei,
    - disponit ad mortale.
  - Quaestio: Ex pluribus venialibus constitui potest mortale?
    - affirmative, si moraliter uniantur (materiae vel effectus);
    - negative, si secus.
- ***Mortale*** (Vide Tab. ant.).

DE PECCATO ORIGINALI

Peccatum originale fuitne peccatum mortale an veniale ? [1]
Peccatum originale fuitne peccatum multiplex? [2]

[1] Fuit peccatum mortale, et deducitur
- ex eo quod in ipso finis mortaliter malus,
- ex poenis quibus Deus illud afficit,
- ex effectibus terribilibus quos generavit.

[2] Fuit peccatum multiplex
- sive in Eva quae peccavit:
  - superbia,
  - infidelitate,
  - curiositate,
  - gula,
  - scandalo,
  - excusatione in peccatis;
- sive in Adamo qui peccavit:
  - superbia,
  - inordinato amore placendi uxori,
  - infidelitate,
  - curiositate,
  - gula,
  - excusatione in peccatis.

De peccato originali doctrina catholica. — Primus homo cum mandatum Dei in paradiso fuerit transgressus statim sanctitatem et iustitiam in qua constitutus fuerat amisit; incurritque iram et indignationem Dei atque ideo mortem et captivitatem sub potestate diaboli; totusque Adam secundum corpus et animam in deterius commutatus est. Hoc peccatum, origine unum, ab Adamo in omne genus humanum, propagatione transfusum est, inest unicuique proprium, deleturque per baptismum.

TAB. XXXIV.

Seq. De Peccatis.

Peccata capitalia (I)

Superbia

Definitur: *Appetitus inordinatus propriae excellentiae;*

subiectum: vis animae irascibilis, voluntas;

est peccatum: omnium primum, gravissimum, periculosissimum, in genere suo mortale;

filiae [1]

species eiusdem

perfecta dicitur superbia cum quis: dona quae habet pro suis meritis habere putat, dona quae habet ex se ipso habere putat — haec duo sunt per se lethalia peccata;

et imperfecta dicitur cum quis: iactat se habere quod non habet; virtutibus, scientia, etc., prae aliis praeditus esse credit — haec duo sunt per se, venialia seclusis: — contemptu Dei et damno proximi.

1ª praesumptio: est lethale peccatum si cedat in: iniuriam Dei, periculum: sui ipsius vel proximi; secus si secus;

2ª ambitio: est lethale peccatum si inordinatio sit gravis ratione sive: materiae, modi, gravis damni, finis mali. secus si secus;

3ª vanagloria: adest cum quis: gloriam captat de eo quod non est gloria dignum, gloriam non quaerit in honorem Dei et bonum proximi, gloriae vel charitati Dei derogat, grave damnum vel contumeliam proximo affert et id ob gloriam suam.

est mortale si haec inordinatio gravis sit ratione sive: materiae, modi, gravis damni, finis mali;

filiae: inoboedientia, iactantia, hipocrisis, contentio, pertinacia, discordia, praesumptio novitatum.

remedia [2]: oratio vocalis et mentalis, actus humanitatis exercere, sui ipsius scrutinium, consideratio poenarum quae superbis infliguntur et praemiorum quae humilibus promittuntur, meditatio exempli Christi.

---

[1] *Praesumens* proprios excessit Lucifer orbes, deordinatos *ambitio* poscit honores, laxatis fraenis se *gloria* iactat *inanis*.

[2] Ora; te, poenas, Christum meditare; retunde.

TAB. XXXV.

Seq. De Peccatis.

Peccata capitalia (II)

Luxuria

Definitur: *Inordinatus appetitus vel usus delectationis venereae;* est peccatum ex genere suo mortale;

divisio

imperfecta

- delectatio: non organica, sed venerea,
- oscula et amplexus quae sunt:
  - mortalia si fiant: cum intentione delectationis venereae, ob delectationem naturalem saltem ratione periculi,
  - venialia si fiant ex ioco, curiositate, amicitia, etc.: imo nec peccata si fiant ex patria consuetudine,
- scripta inhonesta,
- aspectus inhonesti,
- picturae oscenae,
- turpia verba,
- theatra,
- choreae;

perfecta (Vide Tab. seq.).

filiae et effectus [1]

- ex parte intellectus: caecitas mentis, praecipitatio in omnibus, inconsideratio ad iudicia Dei, inconstantia in bonis operibus;
- ex parte voluntatis: amor inordinatus delectationis sensualis, affectus saeculi praesentis, horror et desperatio saeculi futuri, odium Dei;

remedia

- negativa [2]: fuga otii, abstinentia a lectione librorum malorum, nulla familiaritas cum personis alterius sexus, fuga occasionum, fuga ebrietatis;
- positiva [3]: frequentia sacramentorum, orationis assiduitas, consideratio Novissimorum, Virginis Mariae devotio filialis et constans, custodia sensuum et praesertim oculorum, mortificatio carnis.

---

[1] Caecutiens, praeceps, inconsideratus et inconstans, corpus, tempus amat; refugitque futura Deumque.
[2] Otia, libri absint, mulierque, occasio, vinum.
[3] Prex. sacra, mors, Virgo; de oculis, de carne triumphus.

TAB. XXXVI.

Seq. De Peccatis.

Peccata capitalia (III)

Luxuria

perfecta

naturalis

fornicatio

est *copula carnalis soluti cum soluta ex mutuo consensu;*

triplex est simplex fornicatio, meretricium, concubinatus.

- sunt peccata lethalia: fornicatio grave, meretricium gravius, concubinatus gravissimum,
- prohibita iure: divino et naturali,

et in quibus vir ratione suae dignitatis maius peccatum committit quam foemina;

stuprum quod est *defloratio virginis ipsa invita;*

raptus est *abductio virginis libidinis vel matrimonii causa;*

adulterium

fit cum
- solutus accedit ad coniugatam,
- soluta accedit ad coniugatum,
- coniugatus accedit ad coniugatam;

quo posito coniux innocens
- ad reddendum debitum cogi non potest,
- ius habet divortium petendi;

est peccatum grave quod
- si consideretur dignitas viri, est peccatum gravius in viro quam in foemina,
- habita ratione finis matrimonialis est gravius in foemina quam in viro;

incestum

est peccatum fornicationis inter cognatos cognatione sive
- consanguinitatis,
- affinitatis,
- spiritali,
- legali,

importat amissionem iuris petendi debitum quoad coniugem nocentem;

sacrilegium

est violatio rei,

personae
- quae sacris ordinibus est initiata
- vel
- votum castitatis vovit,

vel *loci sacri*
- coemeterii,
- ecclesiae consecratae vel benedictae,

per actum inhonestum;

Contra naturam (Vide Tab. seq.).

TAB. XXXVII.

Seq. De Peccatis.

Luxuria perfecta

duplex est nempe:

1. *naturalis*

et

2. *contra naturam* cuius species sunt:

- *pollutio* quae
  - definitur: *humani seminis effusio sine congressu cum alio.*
  - multiplex est:
    - simplex pollutio, et qualificata;
    - voluntaria, et involuntaria.
- *distillatio*
  - est lethale peccatum si sit voluntaria in se vel in causa,
- *sodomia*
  - est *concubitus personarum eiusdem sexus in vase indebito;*
  - cum diversam malitiam induere possit, sodomita aperiat in confessione
    - statum personae cum qua peccavit; utrum fuerit agens vel patiens,
    - si sermo agatur de personis diversi sexus (quae dicitur sodomia imperfecta) quae in vase indebito concubita habuere;
  - his poenis mulctatur
    - quoad laicos
      - excommunicatione, et
      - infamia,
    - quoad clericos
      - privatione beneficii,
      - privatione privilegiorum,
    - sed quando sit
      - perfecta in suo genere,
      - completa in suo actu,
      - frequentata;
- *indebitus concubendi modus.*
- *Bestialitas,* seu coitus cum bestia.

TAB. XXXVIII.

Seq. De Peccatis.

Peccata capitalia (V)

Gula

Definitur: *inordinatus appetitus edendi et bibendi;*

est peccatum
- lethale hisce in casibus
  - cum quis in satisfatione huius appetitus ultimum suum finem constituit, quando quis sibi vel aliis timet grave damnum temporale vel spirituale,
  - ratione gravis scandali,
  - cum graviter excedit in esu vel potu,
  - cum praevidet se impotens fieri ad implenda praecepta,
- veniale aliis in adiunctis.

Species
- crapula *est inordinata sumptio ciborum;*
- ebrietas *est inordinata potabilium sumptio;*
  - duplex est nempe:
    - imperfecta,
    - et perfecta
      - cuius signa
        - non discernere inter licita et illicita,
        - officiis satisfacere non posse,
        - oblivisci ea quae facta vel dicta sunt,
        - id agere quod sana mente nunquam ageretur,
      - et haec est natura sua mortale ut testantur Scripturae, naturam enim hominis deturpat;
  - iuxta nonnullos indirecte ex medici ordinatione, licita est,
  - non excusatur a peccato si quae acta vel dicta sunt in ebrietate saltem in confuso praevideri potuerint;

Quinque modis admittitur hoc peccatum quod plerumque veniale tantum est:
- praepropere,
- laute,
- nimis,
- ardenter,
- studiose,

filiae
- inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium,
- haebetudo mentis;

remedia
- consideratio
  - mortis imminentis,
  - malorum quae sequuntur,
- occasiones devitare,
- aliquoties ieiunare,
- meditari exempla Christi.

Acedia

Definitur: *Fastidium et tepor animi in exercitio virtutum;*

filiae
- malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor,
- evagatio mentis;

remedia
- considerare
  - Dei beneficia,
  - terribilia Dei verba in acediosos,
  - vitam et exempla Christi,
- meditare bona coelestia,
- lectio librorum spiritualium.

TAB. XXXIX.

Seq. De Peccatis.

Peccata capitalia (VI)

Avaritia

Definitur: *inordinatus amor divitiarum;*

- mortale est cum quis:
  - in divitiis suum ultimum finem constituit,
  - ad divitias obtinendas media illicita et iniusta adhibet;
- filiae:
  - proditio,
  - fraus,
  - perfidia,
  - violentia,
  - inquietudo,
  - obduratio cordis contra misericordiam;
- remedia:
  - consideratio:
    - inconstantiae divitiarum,
    - damnorum quae inde exsurgunt,
    - bonorum coelestium.
  - eleemosina.

Invidia

Definitur: *tristitia de bono alterius in quantum importat diminutionem gloriae propriae;*

- differt:
  - ab aemulatione,
  - a timore;
- locum habet cum quis:
  - sibi vel aliis peric.lum imminere credit ob bonum alterius,
  - tristatur de bono quod aliis inest, sibi caret,
  - alium indignum putat alicuius boni,
  - credit bonum alterius propriam gloriam minuere,
  - gaudet de malo alieno;
- filiae:
  - odium,
  - detractio,
  - sussurratio,
  - exultatio in proximorum adversis et afflictio in prosperis;
- remedia:
  - consideratio eius inutilitatis,
  - considerare quod omnes sumus membra corp. Eccl. Christi,
  - despectio gloriae humanae,
  - pugna contra superbiam.

Ira

Definitur: *inordinatus appetitus vindictae vel quasi vindictae;*

- mala est:
  - ratione obiecti mali, et
  - ratione modi;
- filiae:
  - ex parte cordis:
    - indignatio,
    - tumor mentis,
  - ex parte operis:
    - contumelia,
    - rixae clamor,
    - blasphemia;
- remedia:
  - orare, et Christi mansuetudinem meditare,
  - considerare quam iniusta et perniciosa sit,
  - nihil unquam agere in motu irae,
  - motus irae impedire et reprimere.

Finis Tractatus Quarti

Begin 13, 15, v0

239.02
M.312
2230
MANASSERO Bart
AUTHOR
Tabulae Synopticae Theologiae
TITLE Moralis - Vol I
ed 2a
DATE LOANED | BORROWER'S NAME | ROOM NUMBER
FR. DONNELLY
2230